

ipsa de Anglia recesserunt, ducta spectabilis viri Johannis de
 Hannonia fratri comitis de Hollandia, egregia bellatoris ducens
 fol. 111. secum filium suum predictum cum paucis navibus et mo-
 dica gente circiter mille viris militaribus in Angliam transfretavit.
 1326. Rex igitur Anglie predicationem intrinsecam regni presentim propter
 paucitatem exercitus transfretantis suspiratus fugam accipiens
 cum paucis familiaribus de Anglia se sebstrahens disposuit
 transire in Hyberniam, sed in via per suos captus et regine uxori
 1327 sept. 21. et filio in custodiam traditus non dum post squalore rareris
 fuit suffocatus. Ex tunc igitur Eduardus filius eiusdem ad
 etatem annorum perlingens ad instar glorie magni et famosi
 Arturi olim regis Anglie, quam idem armis sibi acquisivat,
 animam ad magna et ardua repit erigere, gerens postmodum
 bella plurima et memoriē digna tam adversus regem Scocie
 quam adversus reges Francie duos successive, ducens in uxorem
 filiam comitis Hollandie, cuius etiam regine sororem Lodowicus
 imperator ^{III} habuit in uxorem.

Inter hec in mense iulio Renus fluvias pector solidum exun-
 dans in tantam altitudinem excorvit, quod omnibus prope
 positis stupor fuit. Nam in Colonia et nonnullis civitatibus
 ad littora Reni locatis aquae ipse murorum altitudinem dicta
 inundatio secum traxit, quod navibus se animalia ipsa appli-
 cancia et molis in alveo fluvii positis periculum attulerunt.
 Post aquarum vero decursum campis, quos diluvium huiusmo-
 di abluerat, iam siccatis tantus fetor ex putrefactione anima-

Descriptio fin
 Hochwassers von
 1342 genannt. Löbau
 Chronik 2, 22.